



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Miseria quanta sit, cæcum esse?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

ratio. Nam si viscera sua, ipsumque suum Unigenitum Christum in nos effudit, cum adhuc conciliati non essemus, dicente Zacharia: *Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitaui nos oriens ex alto*; cur eandem misericordiam suam retraheret, postquam nos morte sua suos fecit? Nam, teste Paulo: *Commendat Deus Charitatem suam in nobis, quod cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificari in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.*

Luc. 1.3.

Rom. 5. 78.

C A P V T VII.

*Miseria non videntium, & fructus videntium Deum omnia videntem.*



Um aliquando Christus ab Hierichunte non procul abesset, cæcus, qui in via stiperat collegerat, intellexeratq; ex turba Dominum comitante, quis transfiret, contentissimam voce clamavit, dicens: *IESU Fili David miserere mei.* Et qui praebant, increpabant eum, ut taceret. Ipse vero multo magis calmabat. Quasi calcar, non frænum; immo, quasi non aquam, sed oleum flammæ addidissent, ita non modò non compescuerunt clamantem, sed etiam prohibendo magis incitauerunt. Cur cæcus increpatione non passus est se emendari, cum alioqui homines à nulla non re abstineant, reprehensi? Sensit nimirum, quantum sit malum in cæcitate, quantumque bonum in usu oculorum. Maluit igitur reprehendi, quam cæcus manere. *Nil cæco miserius, clamant cæci.* Raphaël ad cæcum Tobiam ingressus salutavit eum, & dixit: *Gaudium tibi sit semper.* Et ait Tobias: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen celi non video?* Sic cæcitas omnia facit amarescere, atq; ipsum gaudium vertit in luctum. Nil cæco lumen, nil dies, nil ipse Sol prodest. Palpat, & offendit ad omnes parietes. Vbique tenebras patitur; omnia sunt illi caligo: sit meridies licet, tamen ille noctem in oculis circumfert. Non illum in hortis flores, non virorum graminum, non purpuræ fulgor oblectat: atra, apud eum, & mæsta sunt omnia; ac quamuis sit in Paradiso, in Tænaro sibi versari videtur, & in ipso Acherunte. Quid multis? fortissimus ille tot victoriarum numerator Samson, postquam oculos amisit,

I.

Luc. 18. 35.

Tob. 5. 11.



à puero, monstri instar, in ludibrium fuit circumductus.

II. Oculos homo cum bestijs habet communes, nec sanè pauce bestia præstantia visus hominem antecellunt. Nunquam ille tam acutum cernit, quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius, aut lynx, aut dorcas, aut ipsas tenebras irradians felis. At mentis acie homo omni animante est superior, ibi vis videndi atque intelligendi eum supra omnes bestias altissimè extollit. Quare multò tristius malum est, mente cæcum esse. Quod si mortales cognoscerent, ó quantis clamoribus cuperent, eà cæcitate liberari, quæ bestijs æquiparantur! Esse autem etiam quandam mentis cæcitate, eodem loco, in ipsis Apostolis, est demonstratum, quibus postquam Dominus clarissimis verbis dixit: *Ecce ascendimus Ierusalem, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget* (quis Sol verbis his clarior?) *Et tamen ipsi, ait Euangelista, nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur.* Tantæ tenebræ in ijs, qui lux mundi erant futuri, extiterunt.

Luc. 18. 23.

*solymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget* (quis Sol verbis his clarior?) *Et tamen ipsi, ait Euangelista, nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur.* Tantæ tenebræ in ijs, qui lux mundi erant futuri, extiterunt.

III.

Cic. in somnio Scip. Pier. Val. lib. 33.

Miramur Apostolos? miremur nosmetipsos, qui ipsi sapius Solem non videmus. M. Tullius Solem mundi mentem & temperationem appellat; & vetustissimi illi Sacerdotes Ægyptiorum, ut diximus, moderatorem hieroglyphicè significaturi, *oculum & sceptrum* facere soliti sunt. Homericum illud *ἥλιος ὁ ὅς πᾶντ' ἐφορᾷ, καὶ πᾶντ' ἐπακύνει*, secutus Maro ait:

*Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras.*

Sic omnia lustrat, temperat, moderatur Deus; qui proinde meritò *Mundi oculus & Sol* appellatur. Quem Iacobus vocat *Patrem luminum*, cuius oculis *omnia nuda & aperta* testatur Paulus. Quæ etiã de causa oculi, in diuinis litteris Deo attribuuntur, cum, teste Eucherio, signa sint intelligentiæ, qua bonos & malos specularunt. Nec specularunt tantum ipse, sed etiam alijs, natura duce & monstratrice, manifestissimum esse potest, eum omnia speculari, omnia moderari, omnia iustitia, misericordia & bonitate sua attingere à fine usque ad finem fortiter, & disponere suauiter.

Sap. 8. 1.

I V.

Hunc ergo Solem tam lucidè radiantem, hunc oculum omnia videntem, & regentem, qui non vident, non credunt, non

ve.